

55

**[Pars. VI.]**                      **[Ca. 7.VI.]**

yfopus: et alligarentur ligno cedrino. ut lignum cedrinum: esset  
 quasi aspersorium manubrium. **A** sop? vero et passer: essent id quod  
 de aspersorio tingendum erat in sanguine alterius passeris imo/  
 lati: et in aquis viuis: que duo scilicet sanguinis et aque viue:  
 simul debebant esse in vase fictili. **H**is ergo aquis: et sanguine  
 huiusmodi aspergebatur septies leprosus mundandus: ab im-  
 mundicia irregularitatis. **M**undabatur autem interdum et a lep-  
 re per hoc et alia: que in eodem capitulo leguntur. **A**pparet autem  
 euidenter ex his que diximus: quare tria ista adhibentur in hu-  
 iusmodi ritu: scilicet propter tres corruptiones lepre. quarum  
 prima est putredinis: secunda fetoris: tertia decolorationis. **I**n  
 his ergo tribus que adhibebantur: insinuabant mundari ab  
 his tribus corruptionibus: vel quia omnis lepra communit  
 ab aliquo quatuor elementorum: licet per medium aliquod qua-  
 tuor humorum mundabatur. **C**um his tribus: tria elementa  
 intelliguntur: ut diximus. **I**n passere: congrue intelligitur aer  
 Insinuabatur ergo iuxta literam in his quatuor: quod ex quinque  
 quatuor elementorum contracta esset: ipse auctor elementorum  
 per huiusmodi asperionem: et alia que ad hoc adhibebantur:  
 mundabat eam: et hoc in beneplacito eius erat. **N**on enim omnes  
 leprosi mundabantur hoc ritu imo pauci. **E**t erat notum mira-  
 culum emundationis lepre per ritum huiusmodi in israel. **Q**uod autem  
 passer alligatus in aspersorio: viuis auolare in agrum dimitte-  
 batur: lepra euolasse siue euanuisse significabat. **V**t quia passer  
 sociale animal est in volatibus: et mundum secundum legem quod  
 volans ab alligatione sua et asperione huiusmodi: reuertebatur  
 ad consocios passeris: et ad gregem reuertebatur: a qua per ca-  
 ptionem separatus fuerat. **E**t cum eis postmodum habitaret  
 significabat leprosum in castris: et extra castra tempore aliquo  
 detentum: post asperionem huiusmodi ad emundationem ad  
 castra reuerti: et inter sanos et mundos ad habitandum admitti  
**Q**uod autem in sanguine et oleo imolatiuis: id est que offerebantur  
 in emundatione leprosi: preceptum est: ut extremum auricule  
 dextre: pollicisque manus dextere: et pedis dexteri tingeretur. **I**nde  
 videtur esse iuxta literam: quia ibi primum lepra dimoscit et sentitur  
 hoc est in pollicibus illis: et hoc in sensibilitate eorum ut dicitur:  
 et hoc iuxta literam dicimus. **V**t ergo in ipso capite suo et radice  
 primum percuti: et ideo radice purgari: per huiusmodi ritum  
 cognoscere: ita preceptum est et fieri: ut idem esset ordo purga-  
 tionis: qui erat et infectionis. **P**osita autem in extremis auricule  
 dextre signum aliquod lepre apparere consuevit: quia pars illa valde  
 parum sensibilis est. **A**t tunc autem quia tres liquores huic ritui  
 adhibebantur videlicet aqua viua: hoc est: staturiens: vel manas